HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh. Seite 155
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



propter baal siue in baal quia superior titulus contra propheas est
siue ad propheas quod per spicuae pseudo propheas intellegimus
sunt autem multa genera propheandi quorum unum somniorum
quale fuit in daniele id circo ad eos prophealis sermo dirigitur qui
credunt somniis & omnia quae cernant putant reuelationem
esse diuinam quae propria est scis & seruis dī aperitur quod si legimus
pharao & nabucodonosor impios reges uidisse somnia quae uera fue
rint non eorum fuit meriti qui uiderunt sed ut per occassionem
eorum sci uiri ioseph daniel quae cla rescerent & dura
corda adque indomabilia . terrannorum propria conscientia
sentirent dni maiestatem sunt hodie quae somniatores in ecclesia
& maxime In nostro grege qui errores suos dni iactant
propheia & crebro ingerunt [illegible] somniaui quos cor
ripit dns dicens usque quo istud in corde est prophearum
uaticinancium mendacium & propheantium seduccionesque
cordis sui . hoc autem faciunt ut quomodo antiquus populus
qui de egypto egressus est oblitus est nominis dī sic & posteri eorum
obliuiscantur mei huiuscemodi autem propheacio non est in nomi
ne dni sed in nomine baal quod propriae idolum sidoniorum est
siue babylonium & uicino nomine appellatur beel ;

Prophea qui habet somnium narret somnium & qui habet
sermonem meum loquatur sermonem meum uere quid
paleis ad triticum dicit dns . Numquid non uerba mea sunt
sicut ignis ait dns . & quasi malleus siue securis conterens
petram quorum est exponere somnium qui dī merentur
habere sermonem & dicere . haec dicit dns .
quibus locutus est dns in quibus ueritas est & non mendacium
fraudulentum quid sibi uolunt hereticorum paleae
ad triticum ecclesiae de quo Iohannis baptista plenius loqui
tur quod purget dns aream suam & uentilabro
paleas uentorum flatibus dispergendas urendas